



Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Vita Spirituali, Eivsqve Perfectione - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1611

Quòd Deus suauissimè perfectos à tribulationibus liberet. Cap. xxix.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](#)

Psal. 15.

scipio Propheta testatur: Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commoueat.] Numquid non & illius manum dixeram, & solam eam dexteram putas tenuisse, cuius totam in facultatem pariter, & in carnem, licere passus est, quicquid liberè visum est inimico? Verum tamen animam, inquit, eius serua.] Vt inā mihi semper à dextris sis Iesu bone, vtiā semper teneas manum dexteram meam. Scio enim, & certus sum, quoniam nulla nocet aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. Tondeatur interim, & tundatur sinistrum latus, pulsatur iniurias, velletur opprobriis: libens illud expono, dum à te custodiar, dummodo sis ipse proteccio mea super manum dexteram meam:] Hac huius perfecti sententia, hæc eius petitio est, non ramen solius, sed omnium perfectorum, qui sapientissima cognitione nobilitati, quod summis conatibus fugiendum est, fugiunt, & minora mala, nempe temporalia tolerant, vt in maiora, scilicet in mentis mala non incurant.

At cognitione mali ad fugiendum malum non sufficit, quia sèpè malum cognoscimus, & quoniam illud aut vrile, aut delectabile apprehendimus, hac falsa boni specie decepti nō vitamus. Datur itaque perfectis à Domino robur, & fortitudo, qua, quid malum iudicant, prudenter virant, & procul à seipso amant. Si enim illum Deus iuuat, vt inquit Ambrosius, quem videt tota virtute contendere, quomodo non iuuabit viros perfectos, vt malis abstineant, quos videt (se donante) omni conatu pro virtute contendere, & gratia sibi data cooperari?] Ipse quidem eos firmat, eos roborat, eos omne peccatum fugientes suscipit, & vt infantulos in gremio sue protectionis abscondit, ne in peccatum offendant, & quod valde timent, illis eueniat. Impulsus ait sanctus David, euersus sum, vt caderem, & Dominus suscepit me. Impellit me Diabolus, dum sub prætextu virtutis noxia suadet, & Dominus suscepit me, robur ad resistendum donans, quo diabolum fugo, & longè à meipso proicio. Scriptum est enim: Resistite diabolo, & fugiet à vobis.] Impellit me mundus, qui in maligno positus, dum honores & dignitates offerit, suos amicos evertit; at Dominus suscepit me, cuius virtute protrectus iniquam amicitiam disoluo, ne in Deinimiciatum incurram. Nam quicumque voluerit amicus esse saceruli huius, inimicus Dei constitutur.] Impellit me caro, dum male dulcia, & amarè suauia proponit. At Dominus me non derelinquit, vt carnem proterens, & meipsum conculcans, præclarissimum viatoris nomen obtineam. Nam melior est qui dominatur animo suo, expugnatore urbium.] Si Dominus me roborat, vt hostes meos, ad peccata impellentes vincam, & ipsa peccata commissa delecta, & à committendis me liberem, dicat illi non solum docto meus es tu, sed & susceptor meus es tu, & refugium meum, Deus meus, sperabo in eū.] Susceptor quidem meus, quoniam sollicitissimum mei curam gerit, & refugium meum, quoniam me protectione sua peccatis eripit, in quo se, & Deū, & creatorem ostendit. Solus enim Deus potens est figuratum liberi arbitrij sine eius lascione, à peccatis auellere, & creaturam de se in malum labentem à malo liberare. Triplici ergo ratione Dominus perfectos suos à peccatis auocat. Primo, docendo eos peccatorum fœditatem, & eorum malitiam, vt ea se inquinanti timeant; & summam bonitatem, vt erga illa charitatis fervorem amittere pertimescant. Secundo, roborando illos, vt anima hostibus resistat, & nulla fallaci boni specie decepti iter virritus deserant. Tertio, si aliquando ceciderint, eos statim reprehendendo & castigando, vt cito reprehensio verecundiam & timorem ingerat, ac propria castigatio ab iteratione peccatorum auerat. Hæc beneficia sapissimè accipiunt, hæc dona in se vident; quorum consideratione in amore & feroce quotidie crescent, & ad maiorem Dei unionem aspirant, à quo solo se liberari conperunt. Diciture quisque eorū sibi ipsi illud Davidus: Conuertere anima mea in requietum tuum, quia Dominus beneficis tibi. Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapsu.] Ne inquam, anima mea auertaria à requie tua, qui Deus est, sed magis in illo intellectu & affectu conuertere, quia ipse est fons omnium honorū, qui omnia bona quæ habes, reddit tibi: Ipse est, qui animam meam eripuit à morte grauis peccati; quo pacto enim potest anima immortalis mori, nisi quia illa, quæ secundum naturam perseverat, per peccatum a Deo vera vita se separat? Ipse erit, qui pèdes affectuum meorum eripuit à multiplici leuium peccatorum lapsu. Quod si non ab omni prorsus lapsu exempti sumus, quia infirmitas carnis id non sufficeret, veniet tamen tempus immortalitatis, in quo ab omni lapsu liberabit. Tunc autem (vt ait Augustinus) eximet oculos nostros à lacrymis, quia tunc nullus erit lapsus ambulantum pedum, quando infirmæ carnis nullū erit lubricum.] Ut inā magna puritate, & vita sanctitate viuamus, quia in præmium illius hunc felicissimum statum, à quo omnino peccatum abest, aliquando tandem possidebimus.

Tob. 2.

A
dendo & castigando, vt cito reprehensio verecundiam & timorem ingerat, ac propria castigatio ab iteratione peccatorum auerat. Hæc beneficia sapissimè accipiunt, hæc dona in se vident; quorum consideratione in amore & feroce quotidie crescent, & ad maiorem Dei unionem aspirant, à quo solo se liberari conperunt. Diciture quisque eorū sibi ipsi illud Davidus: Conuertere anima mea in requietum tuum, quia Dominus beneficis tibi. Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapsu.] Ne inquam, anima mea auertaria à requie tua, qui Deus est, sed magis in illo intellectu & affectu conuertere, quia ipse est fons omnium honorū, qui omnia bona quæ habes, reddit tibi: Ipse est, qui animam meam eripuit à morte grauis peccati; quo pacto enim potest anima immortalis mori, nisi quia illa, quæ secundum naturam perseverat, per peccatum a Deo vera vita se separat? Ipse erit, qui pèdes affectuum meorum eripuit à multiplici leuium peccatorum lapsu. Quod si non ab omni prorsus lapsu exempti sumus, quia infirmitas carnis id non sufficeret, veniet tamen tempus immortalitatis, in quo ab omni lapsu liberabit. Tunc autem (vt ait Augustinus) eximet oculos nostros à lacrymis, quia tunc nullus erit lapsus ambulantum pedum, quando infirmæ carnis nullū erit lubricum.] Ut inā magna puritate, & vita sanctitate viuamus, quia in præmium illius hunc felicissimum statum, à quo omnino peccatum abest, aliquando tandem possidebimus.

Ambro.
in 1. ad
Cor. 7.

Psal. 117.

Iacob. 4.

Iacob. 4.

Prov. 26.

Psal. 90.

B
Psal. 114.

Quod Deus suauissimè perfectos à tribulationibus liberat.

C
CAP VT XXIX.

D
E
B
N
ONNIHIL adhuc supereft, quod de proposito simili solis, & prouidentia dicamus, in quo aliud perfectorum bonum, & aliud erga illos Dei beneficium eluet. Illud autem est, quod sicut sol corpora sibi subiecta, luce, & calore, malis maioribus & minoribus liberat; ita suauissima prouidentia Dei à sanctis, & dilectis suis, non tam maiora mala, verum minoria quoque depellit. Sol quidem, dum in rebus corruptioni obnoxii, vita, & salutis est causa, maiora mala mortis, & infirmitatis submouet, quæ consueverunt terrigenis afferre perniciem: & dum est calor, & claritatis origo, minoria pellit mala frigoris, ac tenebrarum, quæ & corpus eneruant, & rerum pulchritudinum aspergunt, & admiratione nos priuant. Sic diuina prouidentia sole largior, & in nos omni re creata profusior, nequaquam sanctos suos solis maioribus malis, sed etiam minoribus liberat, vt ex ea vniuersa bona tam maiora quam minoria percipiant. Maiora mala voco peccata, quæ Deo dispergent, rationi rectæ contradicunt, & animæ, selectiori parti hominis nocent: minoria vero mala appello tribulationes & molestias huius vitæ, quæ nec Deo, in nobis nostrum spirituale emolumentum quærent inuisi sunt, neque eas pati rationi rectæ est contrariū, & licet corpus affligant, nobis tamen patienter sustinentibus minimè officiunt. Liberat ergo Dominus viros perfectos à maioribus, & veris malis, quia eos (vt præfati sumus) diligenterissimè à peccatis retrahit: liberat etiam à malis minoribus, qui ab illis suauissimè tribulationes & molestias anerit. Idque sanctus David manifeste declarat, cum viro iusto dicit: Non accedit ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Loquitur aperte cum viro

iustus,

Psal. 90.

Aug. ibid.

Psal. 90. iusto, & maximè cum viro perfecto: cum illo scilicet, qui habitat in adiutorio Altissimi, & in protectione Dei cœli commorabitur.] Hic verò perfectus est, qui nec de diuina bonitate diffidit, dicens illud Ieremias: Desperau nequam faciam (quod præcipit Deus) adamaui quippe alienos, & post eos ambulabo.] Nec in seipso confidit, aut in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum] Nec in hominibus fiduciam suam collocat, cum scriptum sit: Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum.] Sperat autem in adiutorio Altissimi, quem asequi desiderat, quem offendere timeret, cuius gratia nititur cooperari. Loquitur, inquit, David cum perfecto viro qui inter se, & tabernaculum suum, nempe corpus suum, magnum discrimen constituit, & aninam, aut seipsum, aut preciuam sui partem cogitat; corpus vero mentis domicilium existimat. Quod Bernardus hac luctuissima oratione confirmat: Sanè considera non ad hominem, qui secundum carnem vivit, sed ad eum, qui in carne degens, secundum spiritum ambulat, hanc fieri promissionem. Siquidem non est distinguere, inter illum, & tabernaculum illius, confusa in eo sunt omnia, tamquam in filio Babylonis. Denique huiusmodi homo etiam caro est, neque in eo spiritus manet. Vbi autem nos fuerit spiritus bonus, quando deerrit malum? Porro ubi malum, flagellum quoque appropinet necesse est.] Huic igitur viro iusto, atque perfecto dicit: Non acceder ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.] Id est malum peccati non nocebit tibi, à quo tamquam à facie colubri è vestigio diffugies: & tribulationis flagellum tabernaculo corporis tui non appropriabit, à quo mirabiliter liberaberis.

Facit ergo Dominus, ut sanctos & perfectos viros tribulationes non tangant, non quia non tribulantur, sed quia tribulationibus non opprimuntur, nec molestis huius exilii turbentur. Habent illi quidem tribulationes & pressuras suas, qua corpus ferunt, que carnem percutiunt, qua, quod est mortale & caducum dilacerant. Beatus enim vir, qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ, quam reprobavit Deus diligenter se.] Et, dedisti nos tamquam oves escaram, & in gemitibus dispersisti nos.] Ac rursus: Propter mortificamus tota die: æstimati sumus sicut oves occisionis.] Perfecti quoque simul cum aliis petunt: Ne nos inducas in temptationem,] qua oratione nullatenus petunt, vt non tentetur, sed à temptationibus irruentibus liberetur. Dominus etiam per Zachariam ait: Et ducas tertiam partem, id est, iustos, per ignem, & viram eos, sicut virtutum argentum, & probabo eos, sicut probatur aurum.] Merito autem Dominus sanctis, & electis suis tribulationes immittit, quoniam (vt affirmat Chrysostomus) tribulatio omnium virtutum est mater, ac filiorum paedagogus, nec debuerunt illi, qui præ omnibus diliguntur, matre primari, à qua nutriantur, nec pedagogo, cuius industria doceantur, & nō solù magnis virtutis, sed etiā minimis defectib, libererunt. Illi fane antequā sanctam conuersationem arriperent, fortassis in grauia sunt peccata prolapsi, & post conuersationem suam modicos defectus, & levia peccata patrare non cessant, ad quæ ipsa carnis fragilitate proponendum impelluntur, tribulationes vero, præterita crimina, & praesentia peccata non sine squamissima Dei dispensatione castigant. Quod videmus in mendico Lazaro, recepit enim ille maladit est, labores & corporis dolores, ac plagas in vita sua, vt castigatis & purgatis defectibus suis consolationem diuini epuloni negatam accepseret. Nonnumquam etiam virorum

A fallaci suavitate perfecti tentantur, & rerum temporalium curis, velut sirenarum cantu præpediuntur, ne nouos faciant in virtute progressus, & tribulationis flagello à virtutis arcentur, à rerum labentium amore reueluntur, & ad currendum in via spiritus incitan- tur: Nam multiplicata sunt infirmitates eorum postea accelerauerunt.] Indigent illi continuo augmentum diuinæ lucis, qua & perfecti cœlesti majestatem agnoscant, & terrestriū, utilitatem percipiunt: hanc verò lucē percussis tribulationibus auget, & cor quasi lapidem feriens, scintilla ignis lucantis educit. Nónne Tobias felle pisces super oculos suos imposito, cœcitatem ablegavit, & visum recepit: ita dum oculos iu- storum Dominus felle tribulationis illinit, visum illis non corporis, sed mētis restituit. Perfecti sunt: fateor, ea perfectione imperfecta, qua cum huīa vita puerilitate non pugnat, at possunt magis perfici, & magis in virtute proficer; eos autem dolor perficit, & tribulatio infesta purifcat. Quoniam in igne probatur, hoc est, purificatur, aurū & argenti homines verò acceptabiles in camino humilationis.] Nihil illius optabilius est, quām aliquod experimentum suā habere virtutis, quo coniecentur, an Deo placeant, an verò sub ouina pelle sint lupi, & ei, qui scrutatur corda, displiceant. Nec vult Deus sanctos suos hoc virtutis experimento carere, quod tribulatio æquanimiter acceptata suppeditat. Quare à Domino dictū est Abraham: Nunc cognoui, id est, cognoscere te feci, quod timemas Dominum, & quod tāta es fidelitas tua, vt non pepercis filio tuo propter me.] Perfecti tribulati vniuersas virtutes exercent, & veluti nauis prospero vēto, sic illi aura afflictionis impulsū pelagus vita spiritualis enauigant, & itinera studiosarū actionū conficiunt. Afflicti nouum robur acquirent, vt aduersarios sanctitatis evuent, sicut milites, qui uno hoste superato, reliquos animos hūs aggrediuntur, & facilius sibi subiiciunt. Percutit illos Dominus, sed in carne percutit; vt immanis fera onere tribulationis edomita, nec in hominem interiorē rebeller, nec illum à sua dignitate deiiciat.

Hæc quidem ad astruendā utilitatem tribulationis abunde sufficent. Sed sanctus Pater Chrysostomus alias etiā caulus meditatus, & sanè verissimas propter quas Deus perfectos affligit. Has ille latissimè exposuit, & stylus noster, nē prolixus simus, ad pauca verba restringer. Tribulat Dominus viros perfectos primò quidem, ne ex meritis extollantur, & de adepta sanctitatis superbiant. Ideoque vnu illorum ait: Bonum mihi, quia humiliasti me, vt dicas iustificationes tuas. Et alias: Ne magnitudo reuelacionū extollat me, datum est mihi stimulus carnis meæ, Angelus Satanæ, qui me colaphizet.] Deinde, ne alij homines, si vident sanctos omnibus flagellis exēptos, maiorē quām par est de ipsis opinionem conciperent. Nam & barbari Melitenses aspicientes viperam de manu Pauli pendentes, eū homicidam putauerunt, quē Lycanij, conspecto miraculo, Deum existimauit. Signū ergo naturæ humanæ imbecillitatē texit, quā afflictio propalauit. Præterea in his sanctorū tribulationibus mirificè Dei virtus appetat, dū per ægotantes, & cōpeditos & principibus seculi iniuisos vniuersi mundum exuperat, & doctrinam Euangelij in cordibus peccatorum seminat, & virtutē adauget. Quod Dominus indicauit, dicens Paulo: Quoniam virtus in infirmitate perficitur: id est, mea virtus atque potentia in tua infirmitate & utilitate, perfecta ostenditur. Ingens nāmque est roboris & potestatis indicū, ducē, nouis & infirmis militibus, veteranos, & fortis milites aduersarij superare. Rursus in his sanctorum mortiis, tum eorum patientia, tum perfectus erga Deū

Psal. 15.**Tobias. 11.****Ecccl. 1.****Gene. 22.****Chrysost. hom. 1. ad populum.****Psa. 118.****2. Cor. 12.****Act. 28.****2. Cor. 12.**

Iob 1.	amor elucer; patientia, quia mala irruentia non tristes non indignabundi, sed alaces, & mäslueri sustinent. amor vero perfectus, quia non propter mercedem seruire, sed propter ipsius Dei bonitatem famulari, se iactant. Atque adeo, si diabolus dixerit: Numquid lob frustra timet Deum? & absque mercede est vir simplex, & rectus & timens Deum, & recedes à malo? Respondeat Iob: Etiam si occiderit me, in ipso sperabo.] Iterum Dominus, qui omnium est prouidus Pater, his iustorum aduersitatibus, peccatores, & nihil nisi visibilia sapientes, ad cogitandum resurrectionem exsusciteret, dum aspiciunt illos in vita praesenti nequaquam recte gestorum premium accipere. In quo videtur illud impleri: Beati estis, cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes propter me: gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in celis.] Ad hanc, eisdem iustis hominibus consolit Deus in sanctorum malis ut si in grauia, & calamitosa inciderint, consolatione habeant. Vnde Iacobus ait: Exemplum accipite fratres laboris, & patientiae, prophetas: qui locuti sunt in nomine Domini Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt. Sufferentiam lob audistis, & finem Domini vidi- stis.] Item sancti in labores coniiciuntur, atque pericula; ut cum aliis ad ipsorum imitationem exhortamur, sciant se non ad Angelorum, sed ad hominum fragilium imitationem hortari, qui cum Apostolo dicunt: Usque in hanc horam, & esurimus, & sitiimus, & nudi sumus, & colaphis cadimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur, & benedicimur: persecutione patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus: tamen purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsema usque adhuc.] Hos peccatoribus in exemplum proponimus, qui non alterius naturae, sed alterius virtutis fuerunt, & in mediis flagellis innocentiam conservarunt. Insuper ex sanctorum molestiis discimus, quos miseros & quos beatos putare debeamus. Stulti namque beatum dixerunt populum, cui prosperitas arridet, cui temporalia suspetunt: at nos (& non despimus) beatum existimamus populum cum Davide, cuius Dominus Deus eius, licet aduersa patitur, & calamitosa sustineat. Tamen, perfectos tribulationibus impedit Deus, ut illis pulchriora immortalitatis ferta componat, & ob maiora merita, etiam cumulum premiorum adaugeat: quia non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, qua reuelabitur in nobis.]
Iob 13.	
Matt. 5.	
Jacob. 5.	
t. Cor. 4.	
Psal. 143.	
Rom. 8.	
Psal. 90.	
Psal. 104.	
Sapient. 3.	
A sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. De tribus etiam pueris Hebreis in fornacem ignis coniectis, & voraci flamma circundatis legimus, quia non tetigit eos omnino ignis, neque contristauit, nec quicquam molestiar intulit.] Qui licet secundum historiam veritatem ita ab igne liberati sunt, tamen imagines fuere iustorum, quos caminus tribulationis non ravigit, nec ignis afflictionis adurit. At Saluator noster per Zacharium ait: Post gloriam, mea felicitate resurrectionis, misit me Pater ad gentes, quae spoliauerunt vos: qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.] Quod ego ita intelligo, ut si sit impossibile est cuicunque aduersario pupillam Domini oculi tangere, ita fieri non potest, ut absque Domini voluntate iustos, vel leuiter flagello contingat. Demum Ioannes, in quo spiritus Christi loquebatur, ait: Scimus, quia omnis qui natus est ex Deo, non peccat, sed generatio Dei, id est, ea natuitas, quae ex Deo natus est, conseruat eum, & malignus non tangit eum.] Ex his, quae ex sacris paginis vtriusque testamenti retulimus, liquer, iustos & perfectos viros tribulationibus cōteri, liquer etiam tribulationibus non contingi, quo vero pacto haec duo, quae contraria videntur, sibi content, nūc breuiter aperiamus.	
B Stet ergo fixa in cordibus nostris veritas Davidic carminis, quae viro iusto dictum est: Non accederet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.] Non accedit ad viros perfectos tribulationis malum, quod licet corpus exerceat, mentem tamen in pace & tranquillitate positam non conturbat. Id vero in libris Regum sub typo Sennacheribi Regis Assyriorum figuratum videmus, qui cum ascendisset in terram Iudea, & cepisset omnes ciuitates munitas, Ierosolymam tamen ciuitatem magni Regis tec obtinuit, nec militibus cinxit, nec oculis conspexit. Vnde ait vaticinans Isaías: Propterea haec dicit Dominus de Rege Assyriorum. Non intrabit ciuitatem hanc, & non faciet ibi sagittam, & non occupabit eam clypeus, & non mitteret in circuitu eius agerem.] Ita proflus, licet aliquando vis doloris membra sanctorum occupet, manus liget, sensus cruciet, & cor ipsum carneum veluti laqueo, & vinculis capiat, at mentem, quae Deum fide viua conspicit, quae brachii dilectionis astringit, non obtinet, quia semper eam diuinam voluntati conformem, & liberam, & alacrem derelinquit. Non accedit ad illos malum, quoniam protectione Domini circumdat eos, ut ex iustis malis derrimatum profectus interioris non sedant, sed mirum in modum in virtute proficiant. Fatus est enim Dominus refugium pauperi, adiutor in opportunitatibus in tribulatione.] Pauper iste iustus est, qui de seipso modestè, & humiliter sentit. Quare Augustinus recte ait: Quantumlibet persequitur iniurias ille, qui conuersus est retro, quid nocet ei, quorum refugium factus est Dominus. Sed hoc fieri, si in saeculo, cuius ille magistratus est, pauperes esse delegerint nihil amando, quod vel hic viuentem, vel amantem deserit, vel a mortiente desertur. Tali enim pauperi refugium factus est Dominus.] Hęc vero tuissima, & fortissima protectione munitus non mirum in mente ex tribulationibus tamquam ex victoria occasionibus profectum capiat, quamvis in corpore nonnullum dolorem accipiat. Quod regius vates ex sententia Bernardi subindicavit, cu huic diuinæ protectione scuti nomen imposuit, dicens: Scuto circundabit te veritas eius.] Nam sicut scutum corpus protegit, & pedes non adeo tegit, ita diuina protectione interdum iustorum corpora nonnullæ laisioni expedit, sed mentem semper ab omni malo defendit. Non credo erit molestum verba huius sancti doctoris au-	
Daniel 3.	
Zach. 2.	
t. Ioan. 5.	
Psal. 90.	
4. Reg. 18.	
Isaia. 37.	
Psal. 9.	
Aug. ibid.	
Psal. 90.	
Bern. ser.	
5. in Psal. qui habita-	
tur.	

1. Tim. 6.

Matt. 16.

Basil. cō.
in Ps. 33.

Iob 19.

dire. Non incongrue sanè, inquit, scuto comparatur graria diuina protectionis, quod in superiori parte amplum, & latum est, ut caput humerosque custodiatur, in inferiori verò strictius, ut minus oneret: maximum quod graciliores sint tibiae, nec tam facile vulnerentur, sed nec adeò periculose sit illis in partibus vulnerari. Sic omnino, sic militibus suis Christus ad inferiora tuenda, id est, carnem, magnam (ut ita dicam) strictitatem, atque penuriam rerum temporalium donat, nec vult eos illarum multitudine prægravari: sed ut vietum, & vestitum habentes, quemadmodum ait Apostolus, his contenti simus.] In superioribus verò ampliore latitudinem, & abundantiam gratiæ spiritualis. Sic enim habet: Primum quærere regnum Dei, & iustitiam eius, & omnia adiuvantur vobis.] Quis itaque dicat viros iustos malo afflictionis concuti, quos respicit afflictionibus à rerum temporalium onere liberari, & quasi medicamentis adhibitis non solum ad sanitatem reduci, sed etiam vegetiores & robustiores effici? Profectò cùm tribulancur, non accedit ad illos malum, sed potius bonum appropiat, quia id, quod ipsos decet, & quod statu eorum congruit, laboribus & tribulatiōnibus appropinquat. Optimè namque scribit Basilius: Qui dixerit, quod virum plenè iustum tribulatio non deceat, nihil aliud dicit, quam athleta' non conuenire aduersarium. Si autem athletis bonum est impeti, & aduersariis impugnari, modò nō expugnentur, quare non erit bonus viris perfectis, flagellis, & doloribus tribulari, modò impatientia, aut pusillanimitate non superentur. Non ergo accedit ad illos malum si accederat aliqua tribulatio, ex qua tot merita, tot coronas, tot premia reportant.

At nondum disoluimus nodum. Esto enim, quod ad sanctorum animas non accedit culpa, aut pena malum, quomodo verum est, flagellum non appropinquare tabernaculis, id est, corporibus, eorū? Nam si flagellum (ut diximus) corpora eorum cruentat, & sanguinem elicit, & vibices suscitat, quanam ratione non tangit ipsorum corpora, & ad tabernacula percussorum non appropinquat? Ide flagellum non appropinquat tabernaculis eorum, quia dum flagellantur, manus Domini illos tangit, & benignitas illos amatoris fidelissimi percudit. Quæ non flagellum, sed malagma dicenda est, siquidem dum ferit, sanat: & (veluti sapiens medicatrix) dum vulnus aperit, curationem ipsius faciliorem reddit. Hoc (ut opinor) Iob patientissimus cogitabat, cum amicos suos invitans ad commiserationem, dicebat: Misericordia mei, misericordia mei saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me.] Non dicit se flagello, sed manu Domini tangi, non virga, sed manu Omnipotens, castigati, ut intelligas viros perfectos nō flagello instar ferorum, sed instar filiorum manu patris benignissimi percuti. Atque adeò cùm persecutionem patiuntur, non tam flagellum quād manus Domini eorum tabernaculis appropinquat. Quæ cùm vitalis sit, & solo tactu saner, atque vivifex, ita electos ferit, ut non ad mortem, sed ad vitam; non ad morbum, sed ad salutem vulneret, atq; persecut. Si quis manus chirotheca contexta alterum feriat, chirotheca nullam rationem habemus, & manu percussionem tribuamus. Ita si Dominus sanctos ad bonum ipsorum manu sua ferit, sub inuolucro aduersitatis abscondita, non aduersitatis, sed manu Domini vulnus eorum tribuamus: nec ipsi dicant, quoniam aduersitas vulnera, aut flagellum appropinquat, sed quoniam manus Domini tetigit nos. Sed manus Domini aduersitate iustos tāgit, & factio flagello ex tribulationibus, eo ipsos percudit? Ergo flagellum aduersitatis tabernaculis eorum

A appropiat, quos manu Domini eleuatum cedet? Verum est hoc, sed non negabūt perfecti Domini, quod nos chirurgo concedimus, cui, si caute & subtiliter vclus subaperiat, & sine dolore nostro sanè educat, gratulabundi solemus dicere: Non sensi, non ad me accessisti, ferrum tuum non tetigit me, ignis tuus non visisti me. An manus Domini non erit ad electos suos manu chirurgi suauior? an non lenior? an non, quos tenerimē diligit, mitius feriet, & suauius flagellabit, ita ut p̄ amore vix sentiant, p̄ suavitatem, qua statim aut liberantur, aut roborantur, vix aduertant, & p̄ dulcedine p̄cordis eorum iniecta dicant, flagellum nō appropinquat tabernaculo nostro, & virga non tetigit nos? Audi quendam sanctorum amore ebrium, qui tribulationes, & pressuras non sentiat. Repletus, inquit, sum cōsolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra.] Et iterum: Benedic Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra; ut possimus & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt.] O magnum amorem eius, qui tribulatus cōsolatione non indigerit, sed adeò consolatione & gaudio replecus est, ut possit in pusilos, qui modica patiuntur, & statim despōdent animum, consolationem effundere! Audi perfectos, quia mox liberantur vix afflictiones considerantes: Exquisiti Dominum, ait quilibet eorum, & exaudiuit me, & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.] Er, iste pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum: & de omnibus tribulationibus eius salvauit eum.] Et omnes simul: Clamauerunt iusti, & dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.] O propea liberatio, que desiderium iustorum sequitur, que petitionem comitatur, quia si è vestigio non adept, non ad desperationem tribulati, sed ad eius bonū differtur. Sicut enim infanti aliquando mater larvam iubet offendit, non ut ei damnum inferat, sed ut infans ad gremium matris accurrit: ita dominus solet dilectis suis tribulationes, velut larva immittit, ut stupefacti feruēt, & orient, confidentius postulent, & eius prouidentia tutius se committant. Audi denique sanctos p̄ dulcedine confitentes, quia flagellum illos nō tangit: Nam eti ambulauero in medio vmbra mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.] & Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata fuit.] Quanta putas cordi eius est iniecta dulcedo, qui in mediis periculis nihil timet, licet morem minitentur, & virga castigationis, ac baculo tribulationis mirificè consolatur? Verè iste dicit flagellū non appropinquat tabernaculo meo, & non crudelis gladius, sed suauissima manus Domini tetigit me.

P̄fecti itaque flagellati sunt, ut membra potiora, & selectiora Christi, à capite spinis coronato non dissentiant, ut robustiores milites ducis sui labores experiantur, & ut proiectiores discipuli magistrum imitentur, ac flagellum non appropinquat tabernaculo eorum, quoniam si aduersus eos efferratur, itatum manu Domini proteguntur. Nōnne Isaac tribulatus est, & imperio Domini periculo mortis expositus? Ita sanè. Sed gladius non appropinquauit tabernaculo eius, quia priusquam gladius in collum eius descenderet, Angelus ex ore Domini clamauit, brachium patris obedientissimi tenuit, & a facinore miro prohibuit. Id ipsum cum viris perfectis agitat, quos dominus ita tribulat, ut ab imminenti gladio defendat, & ita castigat, ut in manibus hostium suorum non derelinquit. Nam & David canit, Ianior fui, etenim senui, & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem.]

2. Cor. 7.
1. Cor. 1.

Psal. 33.

Psal. 33.

Psal. 33.

Psal. 22.

Gen. 22.

Psal. 36.

Iob 42. Si iustus numquam à Domino derelinquitur , nec à refugio suæ protectionis excluditur , quomodo eum flagellum tangat , quem dignum munimen abscondit? Non dereliquit ille , qui auditor est in opportunitatibus ; innocentem Iob , quem in Angelorum concilio laudauit , & cui omnia , quæ dæmon abstulerat , duplicita restituit . Et addidit Dominus ait , omnia quæcumque fuerant Iob , duplicita .] Non reliquit Dauidem , cui regnum amplissimum donavit ; & imperij sui pulsū finibus , in pristinum statum reuocauit . Non reliquit Iacob , quem per desertum errantem sustentauit , & angelos ei ascendentes & descendentes ostendit . Non reliquit Eliam , qui in celum est rapitus , nec mendicati , qua ipsum cruciatus , datus est ille , qui ut inquit Ambrosius , geminata spiritus hereditatem discipulo dereliquit , ut una melotide heres donatus , fluuios lysteret , Iordanem reuocaret in fontem , regum exercitus palceret in deserto , & potum sicuti tribus ministraret . Ad eius arbitrium de cœlo profluebant pocula , in terris mortui resurgebant . Non reliquit Eliséum , qui Angelos meruit habere custodes ipso , proclaimante ad ministrum suum , quia plures nobiscum sunt , quam cum illis . Non reliquit Daniëlem , quem ab immanitate leonum eripuit , & cui cibum miraculose administravit . Non reliquit Susannam , cuius pudicitia à violentis oppressoribus , & fama à falsis iudicibus liberavit . Non reliquit Paulum , qui innumerabilibus periculis impetratus ait : Si Deus pro nobis , quis contra nos ?] Deus igitur non relinquit iustos , viros sanctos , & sibi fideles non deserit , sed iuvat , sed protegit , sed abscondit , ut flagellum tribulationis illos non tangat , dum non ad vulnus eorum , sed ad salutem , & ad augendam sanctitatem appropinquat . Et flagellum non est , quod sanctitatis , & consolationis , & tantorum bonorum origo est . Quid plura ? Quosdam sanctorum communibus tribulationibus eximit Deus , sicut Istrælitas in Ægypto , à plagiis Ægyptiorum exemit , & à tantis malis uniuersum illud regnum populantibus liberauit . Alios , licet mala communia famis , aut morbi , aut bellorum sustineant , suauissime consolatur , & proper illorum orationes calamitibus sine imponit . Alios (ut Fælicem Nolanum aranearum telis) rebus fragilissimis ab impetu hostium abscondit . Alios (ut innumerabiles martyres) ab immanitate tormentorum eripit . Alios , ne dolores , & cruciatus sentiant , occulta quadam ratione sensu doloris priuat . Alios in mediis cruciatis , in exiliis , & aliis tribulationibus consummari permittit , ut hanc eximiā gloriā assequantur , quod per ignem , & aquam transierūt , & ad alterum refrigerium properarunt . Tandem si nonnumquam Deus inter instorum pericula abscondit faciem suam , & quasi ab interiori habitaculo eorum seipsum elongat , & illos veluti solos , & omni ope destitutos pati finit , id facit , ut diuinam protectionem sibi necessariam sciant , & liberationem ab omnium conditore venire cognoscant . Sapienter enim dixit Gregorius : Protec̄tio diuina minus necessaria creditur , si semper habeatur ; sed viriliter plerūque subtrahitur , ut fibi homo , quād sine illa nihil sit , ostendatur . Manus igitur Dei aliquando nos nobis per aduersa insinuat , quæ etiam neficientes nos in prosperis portat . Qua destituti dum cadere incipimus , & tamen adiuti retinemur , & doctrina sit , quod in lapsu trepidamus , & custodia , quod in statu permanemus .] Si igitur flagellum est , quod ad penam malefactorum intentum est , viris perfectis flagellum non appropiat , quia non ut malefactores tribulantur , sed ut servi fideles probantur , & ut strenui milites exercentur . Hī tentationibus crescent , periculis roborantur , perse-

cutionibus exaltantur , & doloribus ac afflictionibus examinati , puriores ab omni face imperfectionum efficiuntur . Qui verò pretiosum & desiderabile existimant , in rebus aduersis Deo protegi , & a sanctis Angelis defendi , quibus mandatum est , ut animas puras custodian in omnibus viis suis : qui magnū & excelsum iudicant , tribulationes non impatienter , sed æquanimiter sustiner , in modo & alacriter tolerare , ac earum molestiam vix p̄ amore & abundantia cōsolationis sentire , nec non laborum perpessione omni virtutum genere mirabiliter crescere ; perfectam virtutem secentur , & anima puritatem enixè querant . His enim promissum est in æstū vmbraclum , in labore refrigerium , & in tribulatione solatium . Nam & viro perfecto dicitur , si alicui dicitur : Cum ipso sum in tribulatione , eripiam eum , & glorificabo eum . Longitudine dierum replebo eum , & ostendam illi salutē meum .]

Psal. 90.

Psal. 90.

Quanta benignitate Dominus perfectorum orationes exaudiat .

CAP VT XXX .

*D*IC ET virti perfecti sint planè diuites , & cœlestibus bonis abundant , tamen quia dum vitæ mortali tributa persolunt , non in manente ciuitate , quam inquirunt , sed in exilio , & in loco horroris , & vasta solitudinis commorantur , semper habent quod postulent , quod etiam desiderent . Si enim Ionathas filius magni regis , & abundans magnitudine diuitiarum in deserto positus inediā patitur , & modica fani melli particula indiget , quia oculi eius p̄ fame caligantes illuminantur : quid mirum si viri perfecti , licet sint Filii Dei , quamdui hanc incultam mundi solitudinem habitant , multis rebus egant , quibus & corporis imbecillitati , & animæ infirmitati consulere debeant ? Sed o terque quaterque beati , quibus ex hac miseria & necessitate aliud incomparabile bonum exoritur ; illud autem est , quod si orant exaudiuntur , & quicquid petant , suo tempore ad votum recipiunt . Peccatoribus sapissime Dominus in sacris literis communatur , se non exaudiuntur orationes eorum , & id quidem iuste , quis namque hostium suorum , ea ratione , qua hostes sunt , depreciationes , & vota suscipiat ? Per Salomonem ait : Qui declinat aures suas ne audiat legem , id est , ne vitam suam legis præceptis accommodet , oratio eius erit execrabilis .] Quid est , erit execrabilis : nisi erit iniusta , & ingratia Deo , quam ob iniquitatem postulantis audire renuerit . Vehementius autem inquit per os Isaiae : Cū exendetis manus vestras , auertam oculos meos à vobis : & cū multiplicaveritis orationem , nō exaudiam : manus enim vestræ sanguine plena sunt .] Efficax profecto ratio , & cui nulla tergiversatione satisficeri possit : Non exaudiam , quoniam manus peccatorum sanguine , id est , peccatis & iniquitatibus , plena sunt , quibus (quod ad se attinet) iterum Christi sanguinem fundunt . Egregie enim dixit Basilius : Hæc causa est , cur Deus oculos auertere soleat , quando manus extendimus , nimisq[ue] quod indicia supplicationis occasionem iræ præbeant . Quenadmodum si quis interfacto filio alicuius , quem ille in oculis ferebat , adhuc cruento conspersas manus habens , extendat ipsas patri , etiam tunc flomachanti , petens in amicitiam , ut se recipiat , nōne sanguis filii qui in manu eius appetat , qui filio necem attulit , ad iram magis incitat eum , cui iniuria data est .] Si patet eius petitionem non audiet , cuius manus videt

1. Reg. 14.

Prou. 2.8.

Isaia 1.

Basil. Ora.
2. de orat.

sanguine